

B. N. II 153.
A. 40, 12.

(X1877924)

II k
2584

DISSERTATIO IVRIDICA
DE

AVRO FLVVIATILI

SIVE

Don Basch-Gold

Q V A M

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE

DN. IOHANNES GVILIELMO

SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MON-
TIVM DVCE ETC.

M O D E R A N T E

DN. GEORGIO ADAMO STRVVIO

ICTO CONSVMMATISSIMO

SERENISSIMORVM DVCVM SAXO-VINARIENSIVM
CONSILIARIO INTIMO

REGIMINIS AC CONSISTORII SAXO-IENENSIS TVTELARIS
PRÆSIDE GRAVISSIMO

CVRIÆ PROVINCIALIS ADSESSORE MERITISSIMO
FACVLTATIS IVRIDICÆ ET SCABINATVS ORDINARIO

DOMINO PARENTE SVO

CVNCTA VENERATIONE ÆTERNVM PROSEQVENDO

AD DIEM XXII. IVNII A.C. CIO IOC LXXXIX

PVBLICÆ EXPONET DISQVISIONI

BVRCARD GOTTHELFF STRVVE.

I E N Æ,

LITTERIS IOH. ZACH. NISL.

6/3.12



VIRO ILLVSTRI
DOMINO
VOLCMARO HAPPIO

HÆREDITARIO IN EHRINGSDORFF ETC.
COM. PALAT. CÆS.

CONSILIARIO SAXONIÆ INTIMO
REGIMINIS SAXO-VINARIENSIS CANCELLARIO
CONSISTORIIQVE PRÆSIDI GRAVISSIMO

DN. PATRONO ATQVE SVSCEPTORI SVO
AD CINERES DEVENERANDO

HANCCE DISPUTATIONEM VALEDICTORIAM



EX SVMMA ANIMI DEVOTIONE

UNIVERSITÄT HALLE
CONSECRAT

SVAQVE STUDIA COMMENDAT

BVRCARD GOTTHELFF STRVVE
AVTOR,



I. N. J. I.



Si quæ vnquam res tam veteribus, quam hodiernis accurata contemplatione digna æstimata fuit, certe est rerum subterranearum indagatio. Quippe metalla, gemmas, lapides, & alia pretiosa sub terræ tenebris latentia in lucem exponere, non minus iucundum, quam utile est. Hinc & ego cum nunc vltimum specimen edere iubear, eo animum induxi, vt ex his materiis quidquam eligerem. Constitueram quidem antea loca ex J. C. quibus de auro agitur, explicare, sed cum illa vberiora, & tam breuissimi temporis spatio minime absoluenda inuenirem, hanc de *auro fluuiatili* mihi proposui materiam, & breuioris indaginis & tractatu rariorem. Antequam autem ad nostram tractationem accedamus loca ex J. C. paucissimis recenseri B. L. concedet.

II.

Auri notatio sæpissime in iure nostro occurrit. Vt de auro deposito l. 1. §. 40. *depositi*. de auro legato *integer titulus pandectarum* xxxiv. 2. de auri furibus l. 6. §. 2. *π.* ad L. Iul. *peculatus*. auri sacra fames l. 31. C. de *episc. & cler.* barbaris interdicitur l. 2. C. de *commerciis*. de auri persecutoribus *lib. X. C. tit. 72.* nulli licet priuatorum quid ex auro ad imperatoria ornamenta facere. l. vn. C. *nulli lic. in fren.* centena auri pondo l. 2. C. de *consulibus*. auri massa l. 5. C. de *suscept. præp. & arc. & l. 13. C. Theod. de suscept. præp.* De auri illatione *integer titulus. Cod. lib. X. tit. 71. & l. vn. C. de arg.*

pret. § l. 1. C. Theod. eod. tit. de auri adulteratione l. 9. ad
 L. Corn. de falsis. ne ex auro in vniuersum quidquam fieri
 nefas Nov. Leon. 81. auri ad argentum proportio l. 1. C.
 Theod. de argenti pretio. auri metallum l. 7. C. Theod. de
 metallis. Varia quoque alia epitheta addebant: vt aurum
 coronarium l. vn. C. de auro coronario § l. 17. C. de Judais.
 § l. 29. C. Theod. integer titulus in C. Theod. Aurum com-
 paratitium l. 3. C. Theod. de milit. vest. Aurum infectum. l. 19.
 l. 27. §. 4. l. 15. C. Theod. de legatis § decretis. aurum fa-
 ctum l. 1. π. de supell. leg. l. 19. de aur. § arg. leg. l. 27. §. 3.
 § 4. l. 29. l. 32. §. 1. eod. tit. Aurum lustrale. l. 20. 21. C.
 Theod. de lustrali collatione, aurum oblatitium, de quo inte-
 ger titulus C. Theod. lib. VI. 2. de auro obryzo l. un. Cod.
 Iust. § Theod. de obl. votorum. § edict. lust. XI. l. 13. C.
 Theod. de suscept. prap. aurum signatum l. 27. § 4. π. de aur.
 § arg. leg.

III.

Exposita nunc auri notatione in J. C. occurrente, pro-
 gredimur ad nostrum aurum fluuiatile: vbi primo voca-
 bulum balux sive baluca nobis obuenit. Ansam nobis præbuit
 locus Iustini lib. XLIV. c. 1. n. 7. vbi de Hispanis plerique
 diuites auro, quod in paludibus vehunt, quem locum doctis-
 simus Berneggerus, de nostris balucibus explicat, & pro pa-
 ludibus, balucibus legit, non absone, ita quoque Jac. Go-
 defredus ad l. 3. C. Theod. de metall. Martialem l. XII. epigr.
 57. emendare conatus. Illinc balucis malleator Hispania,
 malim tamen legi paludis, vt paludis malleator idem sit, ac
 lini malleator; alias enim sequeretur aurum Hispanicum
 fuste ligneo tundi. Vox autem est Hispanica vt ostendit
 Plin. lib. XXX. c. 4. Aurum arrugia quæsitum non coquitur, sed
 statim suum est. Inueniuntur ita massa, nec non in puteis
 etiam denas excedentes libras. Palacras Hispani, alii pala-

cra-

cranas iidem, quod minutum est, balucem vocant. Idem est quod Strabo p.m.146. vocat χρυσήτιν ἄμμον, & p.m.71. ψήγμα χρυσῆ Glossa vocat γήδιον χρυσῆ ἀκαδάριον & est arena aurosa s. minuta ramenta nondum excocta, da noch Schliche unter dem Gold / nobis vocatur Seyffen-Gold / Gold-Sand / arena aurifera Silius lib. XVI. v. 558. Differabat ab auro obryzo vt impurum à puro, dum libra balucæ æstimabatur 14. obryzi autem 12. vnciis: vti apparet ex l. 2. C. Just. § 4. Theod. de metall. ob metallicum canonem in quo propria consuetudo retinenda est, quatuordecim uncias balucæ pro singulis libris constat inferri. Obryzum enim aurum perfectissimum est, & licet Plinio teste c. l. nullum absolutius sit, quam quod ex fluuiis provenit, attamen baluca propter adhuc inhærentem impuritatem auro obryzo vilior erat, prout etiam pro diuersitate regionum aurum vel pretiosius vel vilius inuenitur.

IV.

Regiones tales auriferæ varie appellantur Straboni lib. V. p.m.214. χρυσοπλύσια nobis Goldwerck / Goldbrunn / Goldfischwerck / arua aurifera Silius XVI. v. 25. & quidem hac occasione maxime disquirendum erit, vnde talia aurosa ramenta proueniant. Aurum tribus modis inueniri notum est, vel fluminum ramentis, vel in puteorum scrobibus, vel denique in montium fodina. De priori nunc agemus, secundum paucis infra tractabimus, & tertium aliis relinquimus. Sunt qui in hac perstent opinione, aurum in ipsa arena generari. Inter quos etiam Tilemann Frieſe in Münz-Spiegel / lib. IV. c. 35. dum ait: Es gibt die Erfahrung / daß an solchen Orten das Erdreich oben zu Tag / von Gott also begabet und mit dem spermate und foetu auri durch Wirkung der Sonnen gesegnet / daß es nach Länge der Zeit Gold-Sand gebäret / welches durch die Schlag-

Schlag = Regen abgewaschen / und in den kleinen Ri-
 vern zu den grossen Wassern geführet wird. Sed
 quantum hi aberrant, satis constat ex defectu ea-
 rum fibrarum in arena, in quibus humor, ex quo fit au-
 rum, contineri possit. Dicunt autem mediante mundi
 spiritu hoc in ipsa terræ superficie produci, quos tamen ex-
 pertes esse credo ortus metallorum, illique principio con-
 trarios, quo propiora metalla terræ, eo sunt nobiliora.
 Idcirco opinioni magni illius Basilii Valentini, cuius scri-
 pta veræ sapientiæ indagatores merito sancta suscipiunt ve-
 neratione, subscribere nullus dubito, qui tradito modo re-
 liqua metalla in arena inuestigandi, concludit; dari scatu-
 rigines (Quellen) ex imis terræ visceribus, atque auri fodi-
 nis, secum trahentes & protrudentes maturatas hasce &
 per aquam purgatas auri particulas. Hinc ille *tom. II. op.*
Chymic. lib. I. c. 14. von Seyffen = Metall. Am allerlieb-
 sten ist das Gold in den Seyffen. Seyffen aber sind Erds-
 färbige Quellen / an welche sich das Metall gerne leget / die
 Quellen von unten auf und findet man sie oft ganz vergül-
 det / denn sie werffen Zapffen solcher Farben über sich. Ne-
 que vero hanc protrusionem grauitate auri impediri, vel
 inde patet, quod in ipsa lauatiōe aqua aurum secum ra-
 peret, nisi per artificum diligentiam supprimeretur. Ut
 omittam, non nisi minutas particulas reperiri, quæ vix
 penetrare possunt densas & compactas aqueas particulas,
 & tantam esse vim aquæ, vt mole sua hasce particulas se-
 cum rapiat, quaquā velit. In eadem sunt sententia Leon-
 hard Thurneysser zum Thurn. In *Pisone lib. II. c. 8.* Georg.
 Agricola *de ortu & causis subterrā. lib. V. p. 77.* Löhney-
 sen, *p. VII.* von Goldergen und Goldschlichen / *p. 129.*
 Cardanus *de subtilitate l. 6. p. 228.*

Conuenit quoque situs vorticum auriferorum, quem satis accurate nobis describit Löhneysen von Ursprung der Bergwerke / p. 56. his verbis: Das bequemste Lager des Wassers (zum Goldwaschen) ist / daß es neben ihm gegen Mitternacht hab ein Gebürg und herwiederumb gegen Mittag oder Abend eine Fläche/darzu sein Fließen soll seyn aus dem Morgen in den Abend / und das ist das bequemste Fließen des Wassers. Præterea & illa loca, vbi gemmæ vel alii lapides nobiles inueniuntur tales diuitias præbent. Plane nouum modum aurum inueniendi monstrat Aluaretz in *descript. Æthiop. c. 39. p. 162.* In diesen Ort (scil. Chaxumæ) pflegt man auch Gold zu finden / derhalben / so oft grosse Wetter und Platz = Regen kommen / so läufft iederman / Jung und Alt / Männer und Weiber / zu Feld / und suchen das Gold / so durch den Regen und Wassergöffe ausgewaschen worden; & postea; Wie ich von solchen Gold hörte / machte ich eine Waschbanck / wie ich es oft in Portugall zu Foz de Roccha und Pont de Mucella gesehen hatte / und unterstunde mich dieselbe Erde gleicher Gestalt darauf zu waschen / aber ich konte durch mein waschen gar nichts finden.

VI.

Primum autorem, cui auri ramenta colligendi inuentionem adscribamus, certum non habemus, nisi Tubalcainum communem metallorum inuentorem allegemus. Sufficit, quod tum Mosis autoritate, qui *Gen. II. v. 11,* Pison fluum generosissimi auri speciem secum ferre tradit, tum etiam naturalibus rationibus certe constet, modum esse antiquissimum. Quam in rem optime ante laudatus Basilius Valentinus *tom. II. op. Chymic. lib. I. c. 13.* Meines Erachtens hat zum ersten Gott die Menschen zu solchen

chen (Seyffen-Metall) geführt / darnach immer weiter zu den Erz oder Metall / daß da zu Tage austreibt. Namque anterioris æui homines metallifodinas non instituisent, immo ne quidem quidquam de illis nouissent, si non post auri in propatulo positi perscrutationem facile sibi persuadere potuissent metalla & melioris notæ & maioris ponderis inueniri. Sunt etiam, qui contendunt, maiorem quantitatem, auri ex fluminibus quam montibus prouenire, inter quos & Münster. *lib. I. Cosmogr. c. 8.* id quod de priori quidem concedimus tempore, quo metallifodinæ parum cognitæ fuerunt, de nostro vero aliud expertum habemus.

VII.

Longum esset referre illa flumina, quæ a poëtis pro auriferis prædicantur, qualia sunt Tagus decantatissimus, Hebrus Thraciæ; Bithymia Chrysochoros; Parthiæ Pactolus; Cappadociæ Thermodoon; Carmamiæ Hyramis; Arabiæ Artemidorus; & alia quam multa quorum breuibus tantum pauca delibabimus. Sic de Indiæ atque Iberiæ fluuiis, quod auri ramenta ferant, prædicat Strabo. *lib. XV. p. m. 711. & p. 718.* Sic quoque in Æthiopia fluminum ramentis perpolitum & purum largiter reperitur erui fere vel vicia magnitudine. Vti nobis describit nunquam satis laudatus illustris Dn. Ludolf *hystor. Æthiop. lib. I. c. 7.* Strabo de Hispania *p. m. 208.* Idem *p. 214.* de fluuio ad Aquileiam. De Italiæ Abdua & Ticino. Cardanus *de subtil. lib. VI. p. m. 227.* de Transiluania plerisque fluminibus. Bonfin. *Rer. Hung. p. m. 5.* de Chryso fluuio. *p. 6.* de Bohemia Hagecius *anno 685. p. 6.* & Dubrauius *libro I.* De Rheno & Danubio celebratissima omnium fama est; de Albi ocularem testem vide Maximilianum Faust. *in cons. pro aer. cl. 16. cons. 27. ord. 1112.* Variis vero locis tractus Rhe-

Rhenani exercetur hoc regale, sed a Manhemio e Rheni
 Nicrique confluentibus Salletionem vsque; Quorum præ-
 cipua. Rochesheim/ bey Petersau/ der Grübelstein/ Ser-
 mersheim (wo der beste Goldgrund) Mittelgrund/ Pfeif-
 fersgrund/ Unter- und Ober- Scherffer/ Senggrund/ Wör-
 der/ Michelfeld/ Rinderhöcken/ Tostenwerth/ Hagenbach/
 der Raumerhock/ Kragenwerd/ Münchhausen/ Rindels-
 grund/ Danhausen/ Danhäusergrün/ Sels. Neque ita
 noua res est, quin iam superiori æuo nota fuerit, Æneas
 certe Syluius alicubi notauit Germaniæ c. LVIII. *Rhenus
 aureas euoluit arenas.* In Bohemia fluiui sunt, in queis
 ad magnitudinem ciceris aurea grana Thaboritæ inue-
 niunt. Vid. Marq. Freheri *origg. Palat. c. XVII.* Sed ne pe-
 regrina recensendo nostras Misniæ scilicet & Thuringiæ
 diuitias omittamus, audiamus adhuc Albinum in *Chronico
 Misniæ*, qui in arenis Misniæ minutas auri particulas sæ-
 pius reperiri passim tradit. Quid quod Salam quoque
 amnem in agro nostro Ienensi, pariter ac in vicino Schwartz-
 burgensi compertum, arenam minutissimis auri particulis
 refertam ferre, abhinc paucis annis obseruatum est, eiusque
 rei spericulum non omnino sine successu factum. De
 cæteris minoribus fluiuis auriferis recensendis totus est
 Leonhard Thurneyser zum Thurn/ in primis *lib. II. c. 13.*
 add. Faber in *obs. metall. c. 1.* Albinus *Chronico Misniæ* & in
 der *Berg-Chronica*. Garzon *Schau-Platz/ p. m. 652.*

VIII.

Vidimus loca aurum præbentia, superest vt & modum,
 aurum ex arenis eruendi, das Gold von dem Schlicht zu
 sondern/producamus. In Colchide olim aurum delatum
 a torrentibus excipiebant alueolis perforatis & velleribus
 lanosis: vnde etiam Strabo. *lib. XI. p. m. 499.* aurei velleris
 fabulam extitisse putat. *Æthopiæ morem* his verbis de-
 scribit

scribit Aluaretz. p. 162. Sie wenden das Erdreich mit
 Stecken und Krücken fleißig umb / an den Orten / da die
 Wasser einen Fall haben / und finden auch daselbst nicht
 wenig. Modum separandi aurum a reliqua arena, quo
 Rhenenses vtuntur, describit Michaël Heberer *lib. I. Ægypt.*
seru. c. 6. qualem vero in comitatu Schvvartzburgico ad-
 hibeant, describit sapius citatus Thurneyser *lib. V. c. 5.*
 Denn / wenn das Gold gewaschen ist / nehmen sie es in eine
 Mulde / und waschen den Sand darvon / also / daß nichts
 übrig bleibt / als der schwarze und weisse Schlicht / (id, quod
 artifices Gold sichern vocant) denn läßt man Quecksilber
 hinein lauffen / welches das Gold an sich ziehet / dieses in ein
 Leder gethan / so gehet das Quecksilber durch und bleibt das
 Gold im Leder. id quod & in Sala fluuio in hoc tractu
 obseruatur.

IX.

Aurum hoc modo productum varia est bonitatis, pro
 situ regionum auriferarum, qua de re optime Thurneyser
in Pisone lib. II. c. 13. Die Gold-Wasser zwar / führen Gold
 mit sich / doch nicht dergestalt / wie der Fluß Tago in Hispa-
 nien / oder die Funtanen im Lucerner Gebiet / oder auch der
 Bober / denn sie allein die Krafft und gar nicht die Substantz
 des Golds wesentlich in Wasser führen. Sie führen aber
 wohl Gold in ihren Schlichten / welches auch nicht allein
 die vorgesagten / sondern noch mancherley Wasser auch in
 Teutschland thun / als der Rhein / die Elbe / die Flor / und
 die Nar / unter welchen das Rheinisch das geringste am gehalt.
 Sic in Bohemia apud vicum Arnstorff datur fluuius qui au-
 rum præbet 23. cerationum 2. gran: Thurneyser *lib. VII.*
c. 4. item in peilsa 23. cerat. c. 33. Aliud autem minoris
 momenti esse ait, quod circa Corbachum inuenitur. *lib.*
IX. c. 21.

X. Ve-

Progredimur ad aureos Rhenanos & videbimus an ex tali auro (Waschgold) fuerint confecti. Verosimile id est, non quidem ex solo auro fluuiatili, cum hoc certe non sufficeret, nec quod aurum sui natura tale sit, quale florenorum, quod accessione quadam argenti multum de nativa præstantia amisit, sed auro in Rhenano tractu priusquam alibi inuento, aurei primum in Germaniam introducti, progressu dein leuiiores facti, donec a quatuor electoribus Rhenanis certum & pondus & temperamentum constitueretur. Deinde & ex hac ratione aliquantulum coniecturas capere licet, quod scil. illis tantum ducatos cudere concessum, qui aurum in terris suis inueniunt R. I. Ratisbon. de A. 1576. Und aus sondern vernünfftigen Bedencken der anwesenden Stände/ Räte und Bothschafften / wollen wir diß Orts auch aus unsern Käyserlichen Münz-Edict den Paß Ducaten zu münzen hieher erwiedert haben/das nemlich Ducaten zu münzen nur denjenigen Ständen/ so hohes Gold in ihren Land und Gebiet fallen habe/ gebühre. & Ferdinandi Münz-Ordnung. §. ferner dieweil. Non solum autem hæc restringenda ad ducatos, sed ad cunctas auri monetas quod apparet ex Münz-Ordnung §. ferner die Gilden. Es soll derselbe Gold-Gilden in seinem Wesen bleiben und wie vor / durch die / so Gold zu schlagen haben/ gemünzt werden. Et præterea aurei Rhenani Hungaricis fere similes sunt, R. I. Ratisbon. 1576. §. Und aus sondern. Daß 67. schon ausbereite Stück (Ducaten) eine Cöllnische Marck wiegen / und lauter fein 23. Carath 8. Gran halten / und von niemand höher / denn umb 104. Kreuzer genommen oder ausgehen werden sollen. Gleicher Gestalt soll man auch die Rheinische Gold-Gilden / (deren 72. Stück schon ausbereit / eine Cöllnische Marck wiegen und an fein

halten 18. Karath 6. Bran nicht höher/ denn umb 75. Kreuzer einnehmen und ausgeben.

XI.

Dicuntur hi aurei Rhenani etiam simpliciter **Gold-Gulden** / eo, quod constant reuera auro, sed minus puro ac solido, ac primo notatio eorum in districtu Rhenano maxime locum habebat, cum electores Rhenani coniunctim eos cudi curarent, vnde **Rheinische Gold-Gulden der Chur-Fürsten bey Rhein** appellati fuere: post ex consuetudine etiam vsuales floreni dicti **Gold-Gulden**. Indequè varia aureorum significatio in contractibus orta. Si enim in contractu simpliciter dicitur **Rheinische Gulden** / & nulla fit mentio auri, verba illa de florenis vsualibus in qualibet moneta soluendis, von **Gulden im Münze** / nicht aber am **Gold** accipiuntur. Myns. lib. I. obs. 65. Carpzov. ad *Constit. Elect. lib. II. c. 29.* Item & in verbis **gute / gänge und gebe Rheinische Gulden** obseruari putat Wehner *obs. pract. verbo Gold-Gulden. p. m. 249.* Quamuis rectius hæc verba de aureis Rhenanis intelligat Mod. Pistor. *vol. II. conf. 27. n. 13.* Alia vero ratio est in verbis **voll wichtige Rheinische Gulden vel Rheinisch in Gold.** Myns. *c. I. § lib. V. obs. 83.* & hac quidem ratione, quod scilicet minores monete secundum pondus non æstimantur. Hac de materia qui plura desiderat, euoluat Alemanni palæstram iurid. *consult. VIII. de J. monetarum Wehner obs. pract. verbo Gold-Gulden Carpzov. l. c. & venerandi Dn. Parentis Decis. Sabbath c. XXXIV. dec. 34.*

XII.

Misis his progredimur ad iura, in hac materia locum habentia, quæ, cum in subsequenti contractu, **Bestandbriefse** / qui inter Rhenanos locum habet, optime continentur, eum hic subiungere placuit.

Wir

Wir Johann und Andreas Friedenbach /
 Gebrüdere / von Worms / bekennen hier
 mit / daß der Durchlauchtigste ꝛc. uns
 dero zwischen Manheim und Oppenheim
 an den Rhein habende Gold-Gründe /
 biß auf Wiederruffen zu besuchen gnä-
 digst verliehen / laut uns darüber aus-
 gefertigten Bestandsbrieffe von Wort zu
 Wort also folgend:

Von Gottes Gnaden / Philipp Wilhelm / ꝛc.
 bekennen und thun kund offenbahr mit dies-
 sem Brieff / daß wir Johann und Andreas Frie-
 denbach / Gebrüdere / von Worms / auf ihr un-
 terthänigstes Ansuchen / unsere an den Rhein
 habende Gold-Gründe / von Manheim an den
 Rhein hinab biß nach Oppenheim zu besuchen /
 und daselbst Gold zu waschen biß auf Wieder-
 ruffen verliehen haben; verleihen ihnen auch sol-
 che also und dergestalt / daß sie erstlich ermeld-
 ten Bezirk / so oft es nur immer seyn kan und
 mag / ohne Verlehrung einiger Zeit fleißig be-
 suchen / und Gold darinnen waschen / und bey
 Leibes / Straff alles Gold / welches sie solcher
 Gestalt waschen und erlangen werden / niemand
 anders / als uns zu unserer Hof-Kammer lief-
 fern sollen / dargegen wir ihnen vor iede Cron
 geschmelzten und auf die Prob geleuterten
 Golds (welches sie auf ihre Kosten thun / und
 iede Cron in feinem / wenigstens 22. Carath
 und vier Gran halten solle) zween Gulden /
 dreyßig Creutzer iziger unserer Landes-Weh-
 rung

rung bezahlen lassen wollen. Zweytens sollen
 sie sich auffer vorgedachten Bezirk aller ande-
 rer unserer Gold/Gründen enthalten / worbey
 wir uns hiermit vorbehalten / neben ihnen / be-
 vorab / wenn sie sich in Goldwaschen liederlich
 und saumselig erzeigen / oder sonst dem Werck
 nicht gnugsam gewachsen seyn / mehr andere
 Goldner zu bestellen. Drittens sollen sie keiner
 andern Herrschafft / wer die auch sey / einig
 Gold waschen / noch lieffern / oder deshalben
 sich in Bestallung einlassen / bey Verlust dieser
 unserer ihnen ertheilten Concession, sondern alles
 erobernde Gold uns allein lieffern und darvon
 nichts vereussern. Vierdtens sollen sie jährlich
 zum Besten unserer Canzeley sechs Simmern
 guten wohlgewaschenen Gold/Sands zu lief-
 fern gehalten seyn. Hierauf haben sie uns ver-
 sprochen / und einen leiblichen Eyd zu Gott ge-
 schworen / uns getreu und hold zu seyn / vorste-
 henden allen / bey Verpfändung ihrer Haab und
 Nahrung getreulich nachzukommen / unsern
 Schaden nach aller Möglichkeit abzuwenden /
 frommen und nutzen / so viel an ihnen ist zu be-
 fördern / und alles das zu thun / was redlichen
 und getreuen Goldgründern wohl anstehet und
 gebühret / alles getreulich sonder Gefehrde. Des-
 sen zu Obrkund / haben wir ihnen diesen Brief
 unter unsern Chur-Fürstl. Insiegel gegen ihren
 Revers zu stellen lassen. So geschehen Heydel-
 berg / den 4. Augusti / 1687.

(L.S.)

Demnach

Demnach versprechen wir diesen allen getreulich
und fleißig nachzukommen und zu thun / wie
aufrichtigen / ehrliebenden Göltern zustehet
und gebühret. Und dessen zu wahrer Vhrkund/
haben wir diesen Revers eigenhändig unter/
schrieben und mit unsern Pitschafften bestiegelt.

XIII.

Ex hoc itaque contractu prima occurrit quæstio, an ius
aurum e fluminibus colligendi inter regalia numerari, reli-
quarum fodinarum instar possit. Antiquis temporibus
hoc ius commune fuisse ex §. 18. l. de rerum diuisione ap-
paret. Notum enim ex ipsis Iuris naturalis principiis est,
rerum dominium nobis adquiri vel occupatione, vel acces-
sione, & sub occupatione comprehendi quoque inuentio-
nem, quæ olim omnibus communis fuit ex dicto §. 18. &
l. 1. §. 1. π. de acquir. vel amitt. possess. & l. 3. π. de R. diuis.
hac ratione, quod qui res, a nullo ante possessas inuadit,
atque apprehendit, is statim earum rerum fit dominus ex
§. 12. l. de R. diuis.

XIV.

Præterea J. C. obtinebat, metalla & alia mineralia o-
mnia ad dominos fundorum, in quibus reperiuntur, perti-
nere, quod videre est ex l. 7. §. 13. & 14. π. sol. matrim.
l. 17. in f. de V. S. l. 4. §. 7. de cens. Cum vero ob diligen-
tem terræ indagacionem inuentum, metalla & mineralia
inter terrarum pretiosa esse referenda, non simpliciter pri-
uatis possessoribus sunt relicta, sed certus canon metallicus
solui inde cœpit. Siquidem exstat Valentis & Valentinia-
ni constitutio Cod. Inst. l. 1. de metallis Theod. vero. l. 3. ad
metallorum comitem. *Vt quicumque exercitium metallo-
rum vellet adfluere, is labore proprio & sibi, & reip. com-
moda compararet. Itaque, si qui sponte confluxerint, eos*
lau-

laudabilitas tua octonos scrupulos in baluca cogat exsoluere. Scilicet, cum illo tempore auri pretium augeri, & eo ipso aurum imminui viderent, cunctis potestatem aurum legendi dederunt, qui solummodo octonos scrupulos per singulos annos in baluca exsoluerent, vti id explicat *l. 12. Cod. Theod. b. t.* & quidem comiti metallorum hic canon exhibendus, cuius per Illyricum fit mentio. Postea limitata & admodum restricta hæc regula fuit. Nam cum principibus fiscus parandus, factum, vt quæ ante communia erant, populus concessione sua saltem tacita principibus concederet. Quippe communes res sine damno alienari poterant, cum, vnde dignitatem suam principes sustentarent, bona quædam erant adsignanda. Ex quibus constat, flumina, iam non ita esse publica, vt vsus eorum liberrimus cuique concedatur, sed principes vsus ita restrictisse, vt omnia sibi maiora commoda exinde prouenientia vindicarent,

XV.

Inter hæc igitur etiam arenam auriferam referendam certissimum est ex *II. Feud. 56.* vbi per verbum argentaria omnia metalla intelligi Sixtinus *lib. II. de regal. n. 20.* explicat. vid. et. *art. 35. lib. I. Landrecht.* Quam in rem optime generosissimus Dominus a Seckendorff vir de republica ciuili & litteraria meritissimus in *teutschen Fürsten - Staat / p. m. 337.* Von andern dem Landes - Herrn allein zustehenden Wasser - Nutzungen ist von denen Wassern / die im Sande Gold führen. Atque ita etiam respondisse de iure ICtos Lipsienses mihi relatum est. Simile tradit von den Gold - Gründen des Rheins Noe Meurer *tom. V. des Forst - und Jagt - Rechts. p. m. 103.* Die Gold - Gründe werden vor ein sonder Regal der hohen Obrigkeit zuständig / gehalten / und mag die hohe Obrigkeit / wie mans nennt / golden lassen. *Alia plane ratio est in pro-*
uincia

uincia Delphinatensi, vbi aurum perquirere in littoribus
fluminum omnibus licitum, absque eo, quod tradatur ali-
quid principi, dum tamen non portetur extra patriam, sed
in propinquiorem monetam, ibidemque cudatur, vt lo-
quitur Marc. *decis. Delphin. dec. 121.* Item prioribus secu-
lis obtinuit, cum metallifodinæ ab Imperatore principibus in
feudum dabantur, qua in re exstat Friderici II. Imp. consti-
tutio Ludouico Palatino - Bauaro anno 1229. data. *donauimus sibi & heredibus suis, & in rectum feudum concessimus, omne genus metalli, tam in auro & argento, quam in aliis, quod in terris patrimonii & feudi sui fuerit reperi- tum, cum omni iure & utilitate exinde perueniente, & quam nos & imperium exinde percipere deberemus,* totam constitutionem allegat Marq. Freherus *Origg. Palat. c. XVII.* Hinc etiam electoribus specialiter concedebatur A. B. *tit. IX.*

XVI.

Putant quidam, inter quos Sixtinus *de regalibus lib. II. c. 16. n. 45.* cum aliis ibi allegatis, quod ius regale fisci consistat tantum in decimis fisco debitis, sed rectius faciunt, qui omne ius metallicum ad regale referunt, ita, vt in potestate principis sit, an aliis proventus fructuum ex metallis sub onere decimarum velit relinquere. Scultet. *addit. ad Col. decis. 98. n. 17.* Carpzov. *p. II. const. 53. def. 1. n. 9.* Quare & sæpius in litteris inuestiturarum solent adicere *unserer Lands- Fürstlichen Obrigkeit und Regalien unnachtheilig.* Atque hoc modo solent principes concedere ius percipiendi proventus ex metallis, vt scilicet decima illis soluatur, & quandoque metallorum emtio præ aliis illis competat. Heig. *lib. I. qu. 13. n. 42.* Knichen. *de Saxon. non prou. iure n. 125.* Matth. Wesenbec. *p. VI. conf. 292.* Idem obtinet si alicui in feudum dare velint ius aurum ex fluminibus col-

C

ligen-

ligendi, vt vel ab initio decimas præstare debeat, vel de-
mum successu temporis, cum scilicet vberiores fuerint
prouentus. Vid. *art. XXXVIII.* in *Zien-Bergwercks-Ordnung*
zum *Eybenstock* / & *art. CLXXVI. & CLXXVII.* in der
Nieder-Oesterreichischen Berg-Ordnung.

XVII.

Hinc extra controuersiam est, aurum in arena, ad a-
grum alicuius priuatum pertinente, non spectare ad ipsum
dominum agri, sed ad principem, vel eum, cui hoc ius
princeps tradidit, cum etiam metalla ex permissu princi-
pis in fundo alieno profequi licet *Heig. lib. I. q. 13. n. 27.*
Rosenthal c. V. const. 90. Vide & venerandi Dn. Parentis
Syntagma s. Feud. c. VI. § 26. sub. n. 4. Et quisque in-
uito domino agrum alterius ingredi potest, neque domino
fundi decimam soluere; vt in aliis metallifodinis. *Sixtinus*
de regal. lib. XVI. n. 59. si modo damnum quod quando-
que solet accidere, resarciat. quod expresse constitutum
in *art. CLXXXVII.* der *Berg-Ordnung* in *Nieder-Oester-*
reichischen Landen. Cuius verba hæc sunt: *Ob iemand an*
seinen Gründen Schaden geschicht durch soleh Waschwerck /
der soll / nach laut dieser unserer Ordnung / vergnügt wer-
den. Vide item *art. XXI.*

XVIII.

Si igitur euidam fuerit in feudum datum, quæritur
an de hoc aliquem subinfeudare possit; quod omnino af-
firmandum videtur, dum de omni feudo & non consen-
tiente domino subinfeudatio valet. Vid. *S. I. F. c. XII. §. 9.*
& in der *Berg-Ordnung* der *Nieder-Oesterreichischen*
Landen art. CLXXXIII. expresse dicitur. *Wosern ein*
Waschwerck / durch die Gewercken selbst ausgelassen / und
dasselbe einem andern verliehen würde / der soll bey seinem
Lehn gehandhabt werden. Deinde si vel maxime vasallus
de

de omnibus feudi vtilitatibus fuerit inuestitus, non tamen ius fodinarum illi conuenit, nisi de eo expressa verba in litteris existent Rosenthal *c. 1.* Id, quod etiam obtinet in flumine. Donato enim flumine cum omnibus pertinentiis, incrementa in eo nascitura non statim concessa intelliguntur. Baptista Aymus *de alluu. lib. 1. c. 11.* quoniam principes si flumina elocant, sibi in signum superioritatis quaedam reseruare solent. Sic Palatinus elector in Rheno sibi reseruat, die Gold-Grube / das Alt-Wasser / Inselwerther. Eisbruch / Enten-Flug / Biber-Fang / Haupt-Fisch. Idem fere Dux Pomeraniae in Viadro & Pano habet Stypmann *de iure maritimo. P. II. c. 5. n. 123.*

XIX.

Sed decisio restat illius quaestionis, an scilicet praescriptione hoc regale ita acquiri possit, vt nullae decimae praestari debeant: hoc quidem affirmandum, sed quoto tempore id fieri debeat autores variant. Sunt, qui putent tempus decem annorum sufficere, ea ratione, quod satis longum sit ad introducendam consuetudinem, cum immemorialis demum praescriptio vim priuilegii ac inuestiturae habeat in regalibus Gail. *lib. I. obs. 21. n. 15.* Sixtinus de regal. *lib. I. c. 5. n. 138.* ita & per hanc, haec iura praescribi posse statuimus.

XX.

Qua ratione ius aurum colligendi acquiri possit, vidimus, nunc de prouentibus pauca addemus, circa quos certissimi iuris est, quod referantur ad res mobiles. Hinc si mulier in hoc iure feudum constitutum habeat, proventus ex illo vir, non vt alios fructus renascentes ex rebus immobilibus, suos facit, hoc ipso, quo percepti, iure domini, sed illos vxor vt alia bona mobilia, durante matrimonio quaesita, post mortem demum marito tribuit, & vxor post

maritum superstes omne id quod de prouentibus metalli-
cis superest, vna cum reliquis illatis consequitur. Constit.
elect. p. III. c. 25. Carpzov. lib. 6. resp. 55. n. 6.

XXI.

In præcedentibus dictum, principes certos quosdam
inuestire in hunc modum, vt inuestiti omnes prouentus
suos faciant, & in domini directi recognitionem decimas
soluere teneantur: hoc quidem non semper fit quando-
que etiam cum certis artificibus contrahunt, vt illi omne
aurum quod in certo districtu habetur, ex arena lauent,
hocque purgatum, atque conflatum in Cameram Princi-
pis ferant, ita, vt pro illo certum pretium recipiant, nec
vlli, quam Principi domino suo, tale aurum præstent. Vn-
de videre est in antecedente contractu, vor iede Cron ge-
schmelzten Golds zween Gilden/dreyßig Creuzer. Idem
fere in vsu fuit temporibus Valentis atque Valentiniani
quorum constitutio l. 3. C. Theod. de metall. exstat. *Quid-
quid aurum amplius colligere potuerint, fisco potissimum
distrabant, a quo competentia ex largitionibus nostris pre-
tia suscipient.* Quare hodie principes Germaniæ in ditio-
nibus suis, quæ metalla proferunt, plerunque sibi reser-
uant metallorum emtionem, vulgo den Silberkauff/Köp-
pen. *quest. LIX. n. 13.* Hinc etiam Berg-Ordnung in Nie-
der-Oesterreichischen Landen. *art. CLXXVII.* Alles Gold/
und so auf dem Waschwerck gemacht / soll niemand anders
verkauft werden / bey urser schweren Straff an Leib und
Gut. Verba præterea bisß auf Wiederruffen verleyhen/in
contractu adduntur, quæ sæpissime in litteris officialium,
Bestallungen/addi solent, vt quandocunque principi pla-
cuerit, reuocare hoc officium possit. Et ratio cur flumi-
na hæreditaria non adsignentur certis quibusdam perso-
nis, maxime illa est, quam tradit Königl. Zien-Bergwercks-
Ord-

Ordnung. *art. XXXI.* ne scilicet, si aqua ad maiora fodina-
rum commoda possit adhiberi, illa vtilitas impediatur.

XXII.

Venimus ad ipsos artifices qui vocantur Goldwäscher/
Goldgründer/ Goldner/ Seyffen-Arbeiter/ Seyffner. Vbi
primo videbimus eorum officia atque iura, deinde quoque
eorum delicta. Circa iura eorum occurrit locus in Köni-
glichen Zien-Bergwercks-Ordnung. *l. c.* Alle dieierigen/ so in
Seyffen arbeiten/ die sollen des Montags frühe/ derglei-
chen alle Tage der Wochen über/ an ihre Arbeit gehen/
frühe/ wenn die Sonne aufgehet/ den ganzen Tag/ biß zum
Niedergang der Sonnen daran beharren/ und allererst am
Sonnabend umb zehen Uhr von der Seyffen-Arbeit abge-
hen. Concordat Zien-Bergwercks-Ordnung zu Eyben-
stock. *art. XIV.* qui loci etiamsi de stanno tantum agant, at-
tamen propter similem rationem ad aurum quoque (das
Seyffen-Gold) extendendi. Præscribit & dicta ordinatio
certos limites esse ponendos, intra quos quisque aurum
quærat. Vid. *art. CLXXIX.* in der Berg-Ordnung der
Nieder-Oesterreichischen Landen. & cum facile possit acci-
dere, vt principes decimis suis defraudentur constituitur
ibidem, vt illi qui de hoc iure fuerint inuestiti, aurum su-
um in territorio domini inuestientis conflare sinant. Prius-
quam vero operarii tales ad obeundas operas accedant, iu-
ramentum illis imponitur, quale & in verbis finalibus lit-
terarum supra positarum, legimus, quo se obligant sub
omnium bonorum oppignoratione, se domino fideles fu-
turos, omniaque ea, quæ probis atque bonis operariis con-
ueniant, obseruatueros.

XXIII.

Quod si igitur accidat, vt negligentes sint, vel plane
officio suo priuantur, vel alii perinde aliis adiunguntur,

werden mehr Göldner bestellet. Sed si summam quidem diligentiam adhibeant, aurum tamen alieno principi cedant, grauiori certe poena plectendi sunt, plerunque etiam vt in litteris, bey Leibes-Straffe pro conuentione scilicet contrahentium. Cum similes fere sint illis, qui debitum principi aurum sibi retinent, aut ex metallis publicis aurum vel argentum furantur, atque hi ex *l. 6. §. 2. ad L. Iul. peculatus* exilio vel metallo pro dignitate personarum puniebantur. Ex qua lege satis constat, extraordinaria poena eiusmodi criminis peculatus reos fuisse punitos. Eandem poenam constituit. *art. LIV. der Chur-Fürstl. Sächs. Berg-Ordnung.* So aber Untreu oder Betrug darinnen befunden / soll derselbe an Leib und Gut gestrafft werden. Crescentibus dein delictis metallariorum, crescebant quoque poenæ, ita vt ex peculiari rescripto capitis poena in metallariis obtineret, quod videre est apud Carpzov. *prax. crim. p. II. q. 85. n. 48.* idque ibi variis præiudiciis confirmat

XXIV.

Descripsimus iura metallariorum, nihil restat, quam vt vtilitatem huius auri paucis recenseamus. Dantur, qui putant, tale aurum fluuiatile si ex arte docimastica per ignem in catillo (Capelle) purgetur atque probetur, aërem illud ignisque vehementiam propter particularum leuitatem secum trahere, das Wasch-Gold bestehe nicht auf der Capelle. Ast experientia aliud docuit, nec inutile esse variis exemplis constat. Sic Albinus de Ioh. Friderico Saxonix electore testatur, quod torquem aureum collectum aureo e sabulo Albis fluuii marc. xv. cum dimidia cestauerit. Ante quoque diximus, aurum Rhenanum quidquam ad perfectionem Rhenanorum aureorum contulisse, atque ex hoc magni ponderis cratera in pinacotheca Palatini electoris asseruari tradunt. Itidem de catena ex auro fluuiatili in flumine

mine

mine dicto, die Schwarzkü reported, conflata, mihi relatum est.

XXV.

Affine auro fluuiatili & iuri inde profluenti est aurum ex fodinis atque iura aurifodinarum. Quippe distinctas esse species & in quibusdam distincta iura, compertum habemus. Siquidem cum in vicinia controuersia oreretur, an eadem sint iura metallorum in aqua percipiendorum, ac in terra, cum ibidem ex speciali recessu metallifodinarum regale commune erat: in hac causa ab Ictis Lipsiensibus responsum fuit, vt supra §. xv. allegatum fuit. Hinc & vir illustris ac consummatissimus Dn. a Seckendorff, patronus meus semper deuota obseruantia deuenerandus, hæc iura distinguit, & iura metalli fluuiatilis, inter fluminum regalia refert, hisce verbis. Von andern / dem Land-Herrn alleine Zustehenden Wassernutzungen ist von denen Wassern / so im Sande Gold führen. Vom teutschen Fürsten-Staat. lib. III. c. 3. reg. 3. n. 7. p. m. 337.

XXVI.

Sequitur aurum quod ex puteis foditur marmoris glareæ inhærens; Hoc effossum tunditur, lauatur, vritur, molitur in farinam ait Plin. lib. XXXIII. c. 4. Eadem ratione qua aurum, & argentum in fluuiis reperiri experientia docemur: quam ob rem Mathesius in *sarepta conc. VI. p. m. 58.* Die Wasser von sündigen Gängen nicht allein in gerinnen guten Schlicht setzen / der Silber hält / sondern auch auf dem Wasser Silber schwimmt. & Löhneysen von Ursprung der Bergwerke. p. VII. p. 129. von Gold-Erzen / und Gold-Schlichten. Es werden auch Goldkies gefunden / welche nicht alleine Gold / sondern auch Silber halten. Eodem loco in arena cuprum inueniri ait. Sic & stannum, de quo singulares exstant constitutiones, vt art XXXI.

XXXI. in der Oesterreichischen Zien-Bergwercks-Ordnung. § art. XIV. & XXXVIII. der Zien-Bergwercks-Ordnung zu Eybenstock. Datur quoque ferrum in arena der Eisen-Schlicht / de quo agit Basilius Valentinus tom. II. op. Chym. lib. I. c. 14. von Seyffen-Metall. Eadem enim causa in aliis metallis est, quæ in auro, & alia metalla, auri instar ex terræ visceribus protrudi, pro qualitate scilicet fodinarum, vbi vel aurum, vel argentum, vel alii generis metalla inueniuntur, posse, satis nos docet Basilius Valentinus l. c.

XXIV.

Ultimo loco pauca de scobe s. Schlicht addemus, quæ, quid sit, satis accurate docet supra laudatus Basilius Valentinus op. Chym. tom. II. lib. I. c. 20. Daß das Gesteine / das die Natur ausgesogen hat in ihrer Arbeit / und daß darbey abfällt / wenn es nicht mit Metall gefüllt ist / und denn auch etwas von dem Erz mit / so nennet man dasselbe billich Schlicht / weil sichs also abschleichet von dem Werck / und gehet heimlich hin. In hac igitur latent auri particulae, quæ per naturales causas e terra protruduntur. Et hanc materiam admodum aptam esse ad vasa docimastica s. Schmelz-Ziegel / idem autor c. l. trad. Et hæc sunt, quæ hoc brevissimo tempore colligere potui, B. L. breuitati ignoscat, hisque conatibus faueat.

pag. 6. lin. 8. post verbum terra interseratur centro.

COROLLARIA.

I.

Subditi eorumque liberi, qui operas suas locare volunt, eas pro mercede toparchis præstare non tenentur. *Carpzou. lib. 1. resp. 58. nisi ipsis nihil interfit domino an extraneo locent resp. 59.*

II.

Commissarii a iudicio Cæsareo vel camera imperiali ad examinandos testes deputati, potestatem habent subditos principis irrequisito eo citare, atque hi comparere tenentur. *Matth. Coler. cons. VI. n. 11. & seqq.*

III.

Iuri repræsentationis esse locum etiam ultra fratrum filios iuri naturæ magis conuenit. *Venerandus Dn. Parens tract. de success. cap. XIV. S. 32.*

IV.

Filius potest reuocare rem fideicommissio obnoxiam alienatam a patre, uti in Scabinatu atque curia prouinciali Ienensi pronuntiatum fuit.

V.

Iurisperitus, qui consultus, nec sufficienter instructus, postea ab alio melius eum informante aduersarii causam suscipit, crimen præuaricationis non incurrit.

VI.

Apostilla in margine testamenti, vel instrumenti, reddit illud suspectum.

VII.

Testamentum ad acta per procuratorem dela-

D

tum

tum, non est firmum, nisi in constitutione procuratoris ea sit seruata solennitas, quæ in vltima voluntate requiritur.

VIII.

Testamentum ducis comitisque imperii absque solennitatibus non valet.

IX.

Geradæ Ius non attenditur, si non in vsu est in loco vbi defuncta domicilium habuit, licet ibi obtineat, vbi diem obiit.

X.

Leunclauui verbis, ex *proæm. hist. Musulm Turc. n. 12.* quibus aduocatos, reip. pestem vocat, non subscribimus.

XI.

Denunciatio propter euictionem iudicialiter debet fieri. Brunnem. *l. 8. C. de euict.* Carpzou. *lib. III. resp. 20. & lib. III. dec. 211.* Burgund. *de euict. Dissent. Mev. lib. VIII. dec. 465.*

XII.


Homo hebetis ingenii matrimonium non prohibetur contrahere Coler. *conf. XIV. n. 36.*

XIII.

Oues ferreæ non pertinent ad geradam vti pronunciatum fuit in Scab. Ienens. 20. April. ann. 1631.

XIV.

Magistratus denegans iustitiam extraneo, qui repressaliis vtitur, in subsidium tenetur Ieschwitz *de repressaliis cap. VII. n. 13.*



NOBILISSIMO
DN. BURCARD GOTTHELFF
STRUVIO,


J. V. CULTORI FLORENTISSIMO
S. D,
PETRVS MÜLLERVS, JCTUS.

Nunc ex nascendi sorte juvat
patrios penates jaçtare, &
proavos & stemmata, si bene
natos decoret virtus morumque ele-
gantia; Hæc demum hominum incli-
nationes potentius ad se trahunt,
quàm magnes ferrum. Exemplum
ergo tuum, Amicissime Struvi, exoscu-
lor, quo rarius hoc ævo, quo multi præ-
claro stemmate natos esse satis sibi
putantes, digniora non curant. Ea
certe tua est doctrina, ea industria,
ut non nisi docta & polita abs Te sint
expectanda. Nil utilius ducis, quàm

in

QK Th 2584

in iis discendis operam collocare, quæ
Principi Patriæque litatum eunt &
honorum Familiæ. Habes in Parenti-
bus pietatem, doctrinam, eruditionis
abyssum, & quæ in hoc bivio ætatis
viam præmonstrent eunti, vitam &
exemplum. Proinde laudabiliter pro-
bas, quid in otio literario indoles tua
possit ad alta nata, non tincta solùm,
sed imbuta amœniore literatura. Lit-
tus jam legis, captasque fluviale au-
rum, ingenii tui volide profunditatem
explorans. Maeste hoc animo, dum pre-
tium Floræ constat & Tempori. In-
dustria tua omnia poteris, nec tarda
in fertili solo seges erit. Te Themis
meliore juris fonte imbutum potiore
aliquando sede locabit. Sis felix pre-
cor, vive & vale. Dab. xv. Junii 1689.



107

NT

B. N. II 153.
A. 40, 12.

PK
2584

AVR

ATILI

DN. IO
SAXON

LIELMO
E AC MON-

DN. GEO

STRVVIO

SERENISS

NARIENSIVM

REGIMINIS A

ENSIS TVTELARIS

CVRIÆ PR
FACVLTATI

MERITISSIMO
VS ORDINARIO

CVNCTA VE

PROSEQVENDO

AD DI

LXXXIX

BVRCAE

STRVVE.

